magdalena vnxit pedes domini. Terci ponunt elemosinam in gremio domini et illa que datur leprosis et captiuis et pauperibus inter paganos. Quarti ponunt elemosinam in os domini et est elemosina quae quis offert pro posse suo ad altare de rebus iuste acquisitis ubi offeratur sacram corpus domini in salutem viuorum et mortuorum: et ideo cum quis dat sacerdotibus elemosinam qui quotidiane sumunt corpus domini vel ad oenatum domus dei ubi christus consecratur et tractatur ita accepta est quasi in os domini sit polita. **Apls.** Operemur bonum dum tempus habemus ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei: sacerdotes qui sunt illuminatores fidei et doctores. Quinti sunt ponentes super corpus domini: et sunt illi qui dimittunt offensas et iniurias sibi illatas verbis factis rebus vel corporalibus. **Aug 9.** Multa sunt genera elemosinazz quae cum facimus a diuinamur ut dimittant nobis nostra peccata mortalia. sed ea nihil est maius quam cum ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccauit. Scendez quod tanta posset esse offensa que dimittitur siue in rebus fama et corporale et propter hoc omnia peccata dimittere possunt homini. **Lu.** Dimitte et dimittemini. **Greg 9** in omel. Qui in se peccanti clementer indulxit. nullum peccati vestigium in eius anima remanebit. **Sexti** vestimentum christi et illa elemolina que datur et effertur pro animabus defunctorum que sunt in purgatorio. unde **I. Machab. 12.** Santa ergo et salubris est cogitatio per diuinis excorare ut a peccatis scilicet liberetur. unde **Bern.** in quadam sermone Hoc est religio expiationis ubi anime corporibus exute cruciantur ad tempus vel calore ignis vel frigore vel aliquiis gravitate doloris ad illos nobis transcedunt per compassionem quibus iuncti sumus pro humanitate. Pro quo sciendum quod animabus in purgatorio existentibus subuenire debemus quatuor de causis. querni discipulo. **Quantum ad secundum documentum dicit hic Apls.** Honore inuidae puerentes: quia qui libet debet presumere aliquod bonum in proximo suo esse siue sit manifestus siue occultus quo ipse eum precellit. quare merito est ab ipso honorandus. Sed oppositum plures faciunt qui primos suos despiciunt. **Hoc eos** miniter fit quantum de causis. Prima causa est ignorabilitas **Boea 9** Si primordia omnia quos deus creavit species. nullus de gener extat quia omnes ab adam venerant. ergo sunt fratres. **Aug 9** de doctrina christiana. Ego non interrogabo te serico induitum et pauperem pan nosum. non quales in vestibus eius vel litis: sed quales nati fueritis. **Ambo** certe nudi. ambo infirmi. ambo vita miserabiliterantes a adhuc ambo ploantes quoniam nascuntur infantes. Itaque quod omnes

c 1

Sermon

homines habent unum principium et unum finem: ostenditur in ossibus mortuorum: quia ad sensum nulla est differentia inter ossa nobilium et rusticorum Aug 9. Cum in aliquo casu vetera sepulcra mortuorum franguntur: ossa nobilium et divitium non agnoscuntur. Sed queritur. unde causata est nobilitas: rursum detur ex virtutibus Aristotiles. i. Politicorum. Virtus et malitia determinant nobiles et ignobiles. versus. Nobilis est ille quem nobilitat sua virtus unde diamus in oratione dominicali. Pater noster et nullus de nobilitate se iactet. et sic alios homines spernat Aug 9. Non enim nobilitates et nobiles non superbire minores nec contra. Minorum enim non possunt cum aliis dicere. Pater noster nisi sint fratres. Sed dicentes que sunt ille virtutes que ostendunt homines esse nobiles. de hac materia plenius habetur in discipulo de tipo sermonis. et Secunda causa est paupertas: quia nobiles et divites communiter pauperes despiciunt: sed antiqui patres in antiquo testamento hoc non fecerunt Job. 3. Si pauperum despici coquuntur non haberet vestimentum. si vestis pauperis est despiciatur persona hominis est honoranda. Sicut in novo testamento ex hoc non honorauit eos in apostolos eligendo. unde. i. Cor. 10. Vide vocacionem vestram fratres: quia non multi potentes sed que stulta sunt electi: deo ut refundat fortia: et ignobilia et contemptibilia elegit deus. Hoc patet sic: quia de pescatoribus et aliis pauperibus elegit plures apostolos. De sapientibus autem huius mundi tantum unum scilicet gamalielum legis doctorem. de nobilibus har' cholomeum etiam paulum qui fuit amnis romanorum. de divitibus zacheum qui fuit dives. de principibus et potentibus tres scilicet iudeorum et centurionem et regulum. quod pauper homo non est de spiritu ciendus sed honorandus ostendit Gregorius in omelie. Pauper cui non reprehensibilis terminus moneri debet sed non despici. Si vero non reprehensionis nihil habet venerari sumopere sic intercessor debet. Ut etiam causa sunt peccata. Sic Christus non fecit. quia conuectatus est cum peccatoribus comedit et bibit cum eis ut eos ad viam veritatis reduceret et sciret. Sed pharisei hoc reprehenderunt in Christo dicentes ad discipulos Math. 10. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vir. Sic exemplo Christi peccatores non sunt despiciendi sed caritatiue monendi ut se emendent et de peccatis suis peniteant Galat. Si occupatus quis fuerit in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi in spiritu instruite lenitatis. Item qui hodie est peccatoras fortassis est melior Lu. 6. Nolite iudicare et non iudicabimini. Quarta causa est feditas personae: hoc deus non fecit. nam Job

viceribus plenū deus nō sp̄euit: nec lazazz qui iacuit in ianua
 dimitis & canes lingebāt vlera eius & ipse post mortem portat⁹
 est ab angelis in sinum abrahæ. Sic & nos non debem⁹ personas
 defectuolas spernere. quia quilibet nostruz si deus permiserit pē
 ipfis fili⁹ fieri scz scabiosus oetus claud⁹ leprosus zc. ergo talib⁹
 compatiendum est sicut vellemus nobis compati. Quantum
 ad quartam partem dicit hic Ap̄ls. Benedicte persequentib⁹
 vos: benedicte & nolite maledicere. Notandum est hic q̄ Ap̄ls
 dicit. Benedicte persequentib⁹ vos & bis benedicte. bona pro
 ximis optate in p̄nti vita & in futura. Opposituz ilb⁹ faciunt qui
 ex inuidia solent dicere. Puniat te deus in p̄nti ne noceat anime
 in futuro: & tales qui petunt talem vindictam super proximum
 suū non sunt in caritate dei. nec etiam habent caritatem proximi
 sui Aristoteles. Diligere est alicui bonum velle: si talis vult ex
 vindicta malum proximi peccat mortaliter. 1. Joh. 3. Qui non
 diligit fratrem suum manet in morte. Sequit hic. Et nolite ma
 ledicere zc. Vnde hic queritur utz maledictio sit p̄ctim mortale
 respondeatur bñ sanctum Tho. 2. 2. q. 1. de ista maledictione de
 qua hic loquimur per quaz pronunciatur malum contra aliquē
 vel in imprecando vel in optando: hec bñ se repugnant caritati
 primi. ergo est peccatum mortale. 1. Tho. 6. Neq; maledici neq;
 rapaces regnum dei possidebunt. & tanto grauius q̄nto personā
 cui maledicēt venerari pot⁹ tenetur Lewi. 20. Qui maledixerit
 patri vel matri morte moriatur. Contingit tamen aliquā veniale
 esse vel paruum peccatum qñ quis alteri imprecatur vel propter
 effectū eius qui profert dum ex leui motu vel ex lido vel ex sur
 reptione aliqua talia verba profert: quia p̄cta verborū maxime
 ex effectu & intentione pensantur. vnde in decret. dicitur. Deus
 iudicat verba bñ intentionem proferentium. 28. q. 5. humane.

Quantum ad quintum documentum dicit hic. Gaudete cum
 gaudentibus flete cum flentibus. Obi notandum q̄ gaudere de
 malis & infortunis proximi gaudium est iniquū cum sit de mal
 alterius. de hoc gaudio dī Proverb. 27. Qui in ruina alterius
 letat non erit impunitus. Inuidi videntē peiores portus. Porc⁹
 em cum occidit alius sibi compatit: sed inuidi faciunt oppositū
 Similiter tristari de bonis proximi vtq; malum est. qd patet ex
 hoc q̄ inuidus exēcatur vbi deberet illuminari Job. 8. Per diē
 incurrit tenebras Greg⁹. Mens inuidoz de alieno bono affligit
 de radio lucis exēcatur. Sicut enim diligentibus deum omnia
 cooperantur in bonum: quia gaudent cum illis quibus bene et

Sermon

prospere procedit in rebo siue in corpore siue in anima. et hoc faciunt in caritate et totiens merentur coronam vite a quolibet homine. sic econtra impiis omnia conuertuntur in malum que vident: quia si vident bona et prospera tunc affliguntur. Si autem mala et tristia letantur et hoc cedet eis semper in periculum animarum suarum Seneca. Utinam inuidi in omnibus ciuitatibus aures et oculos haberent ut de singulis prosperitatibus hominum torquerent Nam quanta felicitum sunt gaudia. tanta inuidorū sunt gemitus Ultimo nota exemplum de udone epo magis. quere in promptu.

Vñica secunda post Epiphanie ad Ro.

Ratres. nolite esse prudentes apud vosmetipso: nulli malū pro malo redentes prouidentes bona non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus si fieri potest quod ex nobis est cum omnibus hominibus pacem habentes non vosmetipso descendentes carissimi sed date locum ire. scriptū est enim Mihi vindictā et ego retribuā dicit dominus: sed si esuerit inimicus tuus ciba illū: si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congerens super caput eius. non vincit a malo sed vincit in bono malum.

Sermo octauus super epistolam

Nolite esse prudentes apud vosmetipso Ro. 12. Iohannes de sancto geminiano. Filii huius seculi et filii regni in hoc discernunt et distinguunt. quia filii huius seculi seipso prudentes reputant et ex hoc super alios se extollunt. Filii autem regni seipso ignorantes estimant et in nullo se extollunt: sed se aliis subiiciunt in humilitate. et hoc est quod dicit apostolus. Nolite esse prudentes ite. Vnde in presenti sermone ponit apostolus quoniam bona documenta. Quantum ad primum sciendum quod sapientia est duplex. Prima est sapientia huius mundi que dividitur in tres partes scilicet terrenam humaram et dyabolicam. Terrenā habent illi qui scūnt talia bene acquirere Lu. 6. Filii huius seculi prudentiores sunt filii lucis. Humanam habent qui bonis aequaliter ad delicias utuntur. de quorum sapientia dicit ad Ro. 4. Prudentia carnis inimica est deo. Vnde hic queritur utrum prudentia carnis sit peccatum mortale. respondit sanctus Thoma. z. z. q. z. q. si prudentia carnis accipitur absolute secundum rationem prudentie ita scilicet quod in cura carnis constituta est ultimus finis totius vite. sic est peccatum mortale. Si vero accipitur secundum rationem particularis prudentie sic est peccatum

VIII

16

veniale. Contigit autem duabus de causis quod aliquis inordinate
afficitur ad aliquod delectabile carnis. Primo quod non auctoratur a
deo: puta quia non constitutum finem totius vite in delectatione
carnis. et sic adhibere studium ad delectationes carnis est peccatum
veniale. Si vero aliquis curam referat in finem honestum: puta cum
aliquis studet coquitioni propter corporis sustentationes hoc nullum
est peccatum. Prudentiaz enim dyabolica hunc qui prudentes
sunt et faciunt nulla bona aut facere nesciunt aut nolunt qui scilicet
sunt callidi et homines decipere sciunt et nocere eis in rebus eorum.
et tales velant Christo facies sicut fecerit in dei. unde autoritas. Vculos
oia conspicunt conantur velare. quia mala pro bonis mituntur
vendere vel mutare Matth. Quid enim ex minimis meis fecisti te.
Vnde queritur quantum peccant qui nec emere nec vendere nouerint
nisi cum mendacis et iuramentis: respondetur secundum Raymundum
Quoties causa decipiendi mentiunt scienter peccant mortali et
tenentur ad restitutiones. et hoc non solum intelligitur de magnis
rebus sed etiam de pueris ut pater de quibusdam hominibus qui
paruas res habent vendere et emere et tamen in eisdem multiple
mentiuntur ut proximos decipient. Secunda est prudentia spiritus
que est bonorum christiano. de quibus dicitur Lu. 11. Estote prudentes
sicut serpentes te. Obi notandum quod in tribus debemus imitari pru
dentiam serpentis. Serpens enim totum corpus pro capite exponit
sic et nos pro capite Christo corpus nostrum tribulationibus exponemus
Ro. 4. Quis nos separabit a caritate Christi. Et serpens in loco arto
deponit veterem pellem: et nos in loco arto penitentie debemus
deponere vestimentum culpe. Item serpens unam aurem obturat
terram et aliam caudam: sic nos atra blandimenta habemus seculi debemus
nos munire consideratione terrenitatis nostre et mortis nostre. Ita
notandum quod hec est vera prudentia secundum Bernini. Si preterita mala
desfleas. si tristitia ista contemnas. si celestia concupiscas. et hec pru
dentia innuitur Deuteronomio. 23. Vt in vanam sapientem et intelligenter et
nouissima prouiderent. saperent scilicet peccata per terita quod sint amara
et vide quod malum et amarum sit te dimisisse dominum deum tuum. malum
est in culpa. amarum est in pena. Item intelligerent penitentia quod sint
mala Eccl. 1. Vanitas vanitatum et oia vanitas et quasi quedam
somnia Eccl. 34. Somnia extollunt imprudentes. talis erat ille
diuus cui dictum erat Lu. 12. Stulte hac nocte repetent animam
tuam a te. Item ut nouissima prouiderent scilicet eternitatem glorie
quantum ad beatos et iustos: et eternitatem pene quantum ad
malos et iustos Augustinus. Unusquisque prouideat sibi in futurum

C 3

Sermo

congregationem membrorum. de quo Proverb. 10. dicitur, Qui congregat in messe filius sapiens est. Tempus messis vita presens est. et qui merita per opera virtutum congregat hic est sapiens a hoc est sapientia formicæ: que cum non habet preceptorē congregat in estate quod comedat in hyeme Proverb. 6. Vnde ad formicam a additæ sapientiam. Scindū autem q̄ tria sunt que faciunt opera vera a bona a placita coram deo, Primum est q̄ opera vera fiant in caritate. 1. Tho. 16. Omnia opera vestra in caritate fiant. unde dicit in decreto. Opera extra caritatem facta non valent ad salutem. 27. q. Secundum est q̄ homo operatur cum perseverantia. Matth. 24. Qui perseveraverit in finibus Gregor. In celum bonum agit si ante terminum descat. Tolle perseverantia nec obsequium mercedem habet. Iudeus de summo bono. Non est beatus qui bonum facit sed qui incessanter facit. Qui enim perseveraverit in caritate. Tercium est q̄ intentio sit recta a cōp̄a que facimus ad laudem dei a pro salute nostra totis viribus ordinemus quod si per omnē necessarium est eo q̄ h̄m intentionem omnia que facimus a deo iudicantur. Lu. 11. Si oculis tuos fuerit simplex intentio tua ut tu corporis sc̄i opera tuorum erit laudū. Amb. Intentio operi nomine imponit. unde dicit in decreto. de penit. Deus iudicat intentiones. Quantum ad secundū documentū dicit. Nulli malum pro malo reddentes. Vbi sciendum q̄ alii qui reddunt mala pro malis: et hoc prohibet Ap̄les dicens. Nulli malum pro malo. Item aliqui reddunt bona pro bonis hoc est beneficium mortali. latitatis: q̄a ratio dicit hoc. Item aliqui bonū pro malo hoc est beneficium p̄fecte caritatis sicut xp̄s oritur p̄ crucifixione suis et sancti spiritus han⁹ pro lapidantibus se ceauit. sic veri xp̄iani imitari debent xp̄m et luctos. Item aliqui malum pro bono a hoc est peruerse malignitatis sicut indei xp̄o fecerunt quibus predicanit et infirmos conturauit et sanauit. sed reddiderunt ei mala pro bonis sicut adhuc plures xp̄iani xp̄o faciunt domino suo. unde ipse queritur in psalmo. Retribuebant mihi mala pro bonis: hoc sic probatur. q̄a si dat homini corporis pulchritudinem cum corpore. tunc luxuriatur et tollitur. si dat ei diuitias tunc abutitur es: si paupertatem et infirmitatem tunc impatiens erit. Quantum ad tertium documentū dicit. Prudentes bona non tantum coram deo sed etiam p̄ omib⁹ hominib⁹: quia non solum debet homo cauere ab offensa dei ymo etiam a scandalo proximi. Vnde hic queritur utrum scandalum sit peccatum. respondetur h̄m scandalum Tho. 2. 2. q. 42. Duplex est scandaluz sc̄i actiu⁹ et passiu⁹. Passiu⁹

viii

est illo qui scandalizatur & est semper p̄ctm. Non enim aliquis scandalizat: nisi inquantū aliquid ruit ruina sp̄ualis que p̄ctm dī et idem est q̄ scandalum. Passuum potest esse q̄nq̄ veniale quasi habens impactionem tm̄: puta cum aliquis ex inordinato dicto vel facto alterius mouetur motu p̄cti venialis. Quandoq̄ vero est peccatum mortale puta cum quis de inordinato dicto vel facto alterius procedit usq; ad peccatum mortale. Scandalus vero actuum est in eo qui ex inordinato dicto vel facto proximū suū scandalizat. & est etiam semper peccatum vel saltez habet specie p̄cti. & hoc potest duobus modis fieri. Primo cum quis venialiter peccat & cum hoc vult alium ducere ad peccatum veniale. & tunc facit duo peccata venialia: unum respectu sui: et aliud respectu proximi. Secundo quando contemnit salutem proximi ut pro ea deseruanda nō pretermittat facere unde ipse scandalizatur. unde dicitur in decret. Vantes scandalum rei sunt pereuntium. i. q. 1 hi. unde etiā dicitur Math. 18. Ve homini per quem scandalū venit. Quantum ad quartum documētū dicit. Cum omniāb̄ hominibus pacem habentes. Unde nctandum q̄ pacem debem⁹ diligere quia xp̄o valde placet. in signū huius deus nasci voluit tpe pacis: q̄a licet de virgine natus est vt ostenderet se diligere virginitatem & castitatem. lic tempore pacis natus est vt ostenderet se diligere pacem & habitare cum pacificis. unde in Ps. In pace factus est locus e⁹. Secundo dedit discipulis suis in p̄fici doctrinā pacis Lu. 1. In quantum domum intraueritis dicite. Pax huic domui. Tertio pro testamento & hereditate reliqt Joh. 14. Pace meam relinquō vobis pa. ac Aug⁹ de c. dei li. 19. Nemo potest ad hereditatem dei peruenire qui testamentum eius noluerit observare. Quarto q̄ care emit. q̄r triginta tribus annis laborauit ultimo mortuus est vt faceret pacem: & in signum h⁹ post mortē apparuit discipulis dicens. Pax vobis. Quinto q̄a omnes filios suos nominauit pacificos Math. 5. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur Greg⁹. Si filii dei vocabuntur qui pacem faciunt proculdubio sathanae sunt filii qui pacem ostendunt Bern. Pax timet dyabolus vigilantes continētes: q̄a de ipsis multis traxit in laqueum rumen: sed tamen conorditer in domo dñi videntis coniuncti deo & sibi per vinculum caritatis. Hi dolorem hi liuores hi timores dyabolo inferunt. Onde hic queritur utrū discordia sit mortale peccatum: respondetur b̄m sanctum Tho. 2. 2. q. 7. quando aliquis scienter & ex intentione dissentit a bono diuino

Sermo

¶ a bono proximi in quo cōsentire deberet hoc est pēctū mortale
ex suo genere ppter raritatem ad caritatem licet primi motus
h̄ discordie sunt peccata venialia ppter imperfectioneꝝ actus ſc
Quantum ad quintum documentū doceat nos Āpostolus q̄ de
inimicis nostris nō debem⁹ nos vīndicare dicens. Non vōlmet-
ipſos defendantes sed debem⁹ ipsiſ beneficia impendere dicens
Si esurierit inimicus tuus ſc. Vnde hic querit an appetitus vīn-
dicate sit mortale vel veniale. Respōdetur q̄ appetitus vīndicat
ſit ſex modis. Primo appetere vīndicat de illo qui non meruit
ſez ſuper innocentem. Secundo qn̄ appetit plus q̄ ille demeruit.
Tertio quando non debito oēdme: quia le vult vīndicare a nō
vult cōmittere deo a talis rapinaꝝ comittit a deum contemnit
quia ſcriptum eſt Ezech. 9. Q̄ihi vīndicam a ego retribuam.
Quarto quando non ex debito: ſive qn̄ appetit ut ſolummodo
vīneat. nō vt bonum iūſtie conseruetur a vt viciū emendeat
Quinto quando aliquis paſſiōe ſeuit ab intra vel ab extra ſic q̄
non curat facere di ra pceptum dei vel caritatem proximi. Quan-
doque autem aliqđ iſtōeum quinqꝝ de libe rate fit tunc erit mo-
tale. Sexto quando intentio vīndicandi fertur pīncipaliter ad
aliud bonum puta ad emendationē peccantis vel ſaltem ad cor-
reptionem eius a aliorum a iūſtie conſeruationeꝝ a dei honore
a talis vīndicatio nō eſt peccatum mortale: ſed eſt licita aliiſ cō-
cumstantiis debite ſeruatis. Vnde queritur hic cur sancti in celo
cum deo māntes vīndicam de inimicis expectant ut habetur
Apoꝝ. Respondetur q̄ illi sancti in conspectu dei a creatoris ſui
existentes vident voluntatem ipſi⁹. a ideo ab ipſo appetunt qđ
eum facere velle vident. Petunt autem vīndicat̄ duob⁹ modis
de inimicis a hoc cauſa caritatis ut ſciliat qui ad vitam eternam
predestinati ſunt conuertantur a malo ad bonum. qui vero pec-
ciente deo damnādi moriantur et peccata deſcrant Āmb super
Lu. Cheli⁹ eſſet peccatoribus male agentibus atq̄ mori q̄ vt in
peccatis diu verſentur ut per hoc minoreꝝ penam in inferno ha-
beant. vbi vniſquisq; h̄m qualitateꝝ ſuorum operum ſuſtinebit
multitudinem a magnitudinem penarum. quod petere cōporet
utiq; quia caritatis eſt a misericordie. Non autem putandum eſt
q̄ sancti in celo empireo vocem emitant ſic nos aerem aut flatu
in felle ventris trahimus per organa gutturis: ſed vox illa deſi-
derium eſt ipſorum. a quanto quisq; illoꝝ magis clamat tanto

magis desiderium flagrat p̄s. Desideriū eorum exaudiuit auris tua. Secundo petunt de reprobis vñdictaz: quia optant venire extremum diem iudicii et resurrectionem suorum corporum: in signum huīus xps loquens de extremo iudicio dicit discipulis. His fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra: quia appropinquat redemptio vestra Aug9. Resurgent corpora sanctorum sine ullo vicio sine ulla deformitate sine ulla corruptione sine omni difficultate: in quibus ent tanta subtilitas et agilitas quāta fuit felicitas. Ultimo nota exemplū q̄ debemus inimicis benefacere ut sic nobis reconcilietur de9. quere in promptuario.

Dñica tercia post Epiphanie ad Ro.

Ratres. nemini quicqz debeat nisi vt inuidem diligatis. Qui es̄t d̄igit proximū legem impleuit. Nam non adulterabis. non occides. non furaberis non fallum testi. non siū dices. non capisces rem proximi tui. & si qd̄ est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum: dilectio proximi malum non operatur. plenitudo ergo legis est dilectio.

Sermo nonus super epistolam

Emini quicqz debeat Ro. 13. Johannes de sancto germiniano dicit. Si adiuicem dilectionem habuerimus: proximo nro de omni debito satisfaciemus: & tunc mandatum dei implebimus: exemplū de sancto iohanne apostolo de quo dicit Iherō9 cum ipse ep̄ h̄eli moxaretur & senex vix inter discipulorū manus ad ecclasiā de fernē. nec plura verba dicere posset. ad quamlibet pausalē dixit. Filioli diligite alterutrum fratres qui cum erant admirantes q̄ semper eadem verba replicaret dixerunt ei. Magister q̄re semper eadem verba loquimini respondit. Preceptum dei est. et si solum hoc fiat sufficit. unde propter perfectionem illius lauantur dixit Joh. 15. Quādo vob̄ vt diligatis vos inuidet. Apostolus aut̄ volens tradere modum quomodo debem⁹ sati facere proximo in debito qd̄ sibi tenemur soluere dixit. Nemini quicqz it. Vnde in pñtū sermone tria sunt dicenda. Primo de caritate proximo. Secundo aliquā q̄stionē. Tercio exemplū. Ad primum sciendum q̄ proximū debemus diligere propter naturalem & spiritualem fraternitatem. Omnes enim sumus fratres ex uno patre geniti & una matre corporali.

Sexto

¶ etiam ad fraternitatem spiritualem. Nati enim sumus ex uno patre scz deo & una matre scz ecclesia. & baptisati sumus in uno baptismo ubi effecti sumus filii dei et spirituales fratres et socii in seculo presenti: iuxta illud ps. Particeps ego sum omnium timentium te & custo. Item si aliquis amat fratrem suum qui secum hereditatem pertinens est & dividit quantum debet amare fratres illos qui hereditatem suam ei agebunt. Quanto enim plures salvi erunt: tanto maiora gaudia habebunt electi in celo: unde magister sententi. li. 4. dis. 49. Per caritatem que singularis erit perfecta tantum quisque gaudebit de alterius bono: quantu[m] gauderet si in seipso haberet. Item sciendum hic est quod caritas proximi nostrorum habet sex. Primo quis diligere debet uxores & parentes. Vnde hic queritur utrum plus tenet diligere uxorem quam parentes respondetur h[ab]et sanctu[m] Tho. z. z. q. 26. quod sic: unde Gen. dicit adam post creationem eius que fuit de costa ade formata. Hoc nunc os ex ossibus meis es. Quamobrem relinquet homo patrem et matrem et adhuc erit uxor sua. Sed tamen sciendum est quod vir plus tenetur honorare parentes quam uxores. & simile intelligendum est de uxore. Vnde iterum queritur utrum occasione religionis permittenda sunt pietatis officia in parentes: respondetur h[ab]et sanctu[m] Tho. in quodlibeto. Alter dicendum est de illo qui nondum religionem intravit. et aliter qui religionem professus est. Qui enim religionem nondum intravit si videt parentes suos in magna necessitate & non posset per alium eis subuenire. non tenet religionem intrare. sed tenetur ministrare parentibus maxime si absque periculo peccati posset in seculo permanere. Si vero per alium posset parentibus ministrare: potest si vult religionem intrare. Postquam vero aliquis religionem professus est in mortuus est mundo unde per spirituale mortem deo obligatur dimissa cura iam impendenda parentibus: ideo non peccat nec contra preceptum agit si in claustro permanet sub praepito prelati. parentum amministracione pretermissa: cum factus sit impotens ad reddendum debitum ministerium absque sua culpa. debet tamen quantum potest salvia ordinis obediencia satagere ut per se vel per alium suis parentibus subueniat si necessitas fuerit. Tercio tenet quis diligere pueros et cognatos. Vnde hic queritur utrum magis teneamus diligere meliores quam nobis coniunctores. respondetur h[ab]et sanctu[m] Thom. z. z. q. 26. Meliori quidem qui est proximior magis bonum ex caritate debemus velle scilicet maiorem gradum beatitudinis.

ix

quia ad caritatem pertinet ut velit dei iusticiam seruare sibi quam meliores perfectius beatitudinem participant. Quarto tenetur quod diligere domesticos suos. Quinto extraneos. Sexto inimicos Quantum ad secundas partem sermonis mouende sunt aliquae questiones. Et primo queritur utrum diligere inimicos sit de necessitate salutis. respondet sibi sanctus Tho. z. z. q. 20. Dilectio inimicorum tripliciter potest considerari. Uno modo ut diligent inquantum sunt inimici: et hoc est diligere malum alterius. Alio modo quantum ad naturam in universalis. et sic dilectio inimicorum est de necessitate salutis ut scilicet quis diligat deum et proximum. ab illa generalitate nullus inimicus nos excludit. Tertio considerant in speciali ut scilicet aliquis in speciali moueatur motu dilectionis ad misericordiam. et hoc non est de necessitate salutis. Secundo queritur utrum sit de necessitate salutis quod quis inimico signa vel affectus dilectionis exhibeat. respondet sibi sanctus Tho. z. z. q. 21. quod sic homo tenet diligere inimicum in generali et non in speciali: ista signa dilectionis exhibere et sunt de necessitate precepti. et contra facere pertinet ad dilectionem vindicare. Specialia vero signa dilectionis vel beneficia que quis exhibet particulariter aliquibus personis quod hec inimico exhibeat non est de necessitate salutis: nisi sibi preparationes animi ut scilicet iuvet in necessitatibus articulo Proverb. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illam: sed hoc facere potest in necessitatibus articulo: hoc pertinet ad caritatis perfectionem per quam aliquis caueret vita malo: sed vult vincere in bono malum: quia non solum cauet ne propter iniuriam sibi illatam pertrahatur ad odium sed etiam incendit inimicum ad amorem suum. Tertio queritur utrum ad conservationem temporalium licet raptorem occidere respondeat sibi Heinrichum de Schildich quod quis pro conservatione proprie personae licet in necessitate inevitabili alium occidere: hoc tamen nullatenus constat esse licitum pro conservatione rerum temporali: quia vita proximi preferenda est rebus fortune. Quantum ad tertiam partem huius sermonis nota exemplum de beato sanctulo. quere in promptuario.

Unica quarta post Epiphanie ad Col.

Ratres. induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatem humilitatem modestiam patientiam supportantes inuidem et donantes vobis meti ipsi si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dominus donauit vobis: ita et vos facite. Super omnia autem

Sermon

habet caritatem habete quod est vinculum perfectionis. et par
xpi exultet in cordibus vestris in qua et vocati estis in uno
corpo et gratia estote: verbum xpi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes et cōmonentes vosmet
iplos in psalmis hymnis et cantibus spiritualibus in gratia
cantantes in cordibus deo. Omne quocunq; facitis in verbo
aut in opere in nomine domini nostri ihesu xpi facite. gratias
agentes deo et patri per ihesum xpm.

Sermon decimus super epistolam

Induite vos sicut electi dei Col. 3. Primus homo vestes
innocentie perdidit quoniam fructum prohibitum comedit.
hanc vestem recuperat homo in baptismo. in cuius signum
pueri baptisati candida veste induuntur. et beatus est qui hanc
vestem in baptismo recuperat custodit Salomon. Beatus qui
custodit vestimenta sua ne nudus ambulet sic. Ve illis qui hanc
vestem dimiserunt. ideo monet nos Apls qui vestem spualem
dimiserunt remduere dicens. Induite vos sic. In presenti epistola
Apls ponit quinq; documenta. Primum est quod debemus esse induiti
ne nudi appareamus ne dicatur nobis illud Math. 25. Amice
quod huc intrasti non habens vestem nuptiale. Pro quo notandum
quod vestis christiana est caritas: quia sicut vestes tegunt calefaciunt
et ornant hominem: sic caritas peccata operit. 1. Petri. 4. Caritas
operit multitudinem peccatorum. Secundo calefacit desideria Job. 27
Noua vestimenta tua calida sunt. in signum huius caritas dicit
ignis ut habet Lu. 12. Ignem veni mittere in terras tuas. Tercio
decorat animam. quantum habet de caritate tamen habet de plenitudo
m hic in gratia et in futuro in gloria. Nam quilibet qui pro
caritate sua se exercet hic habet deum in premium. nam alius a liu
videbit clarius: obuiabit intentio et gaudebit intensio. quod clarius
ab uno ab alio videatur deus nota in sole: quia licet communis
sit omnibus ad videndum: tamen quantum purior et sanior est
oculus: tamen radios solis intuetur efficacius. Item patet in fonte
quia sicut pluribus ad unum fontem vementibus qui plus fit
delectabilis bibit. Item patet in alio: quia quanto quis plus
esurit. tanto plus delectatur in cibo quando offertur. Sic a limili
licet omnes deum contemplant in patria: non tamen ipsa contemplatione
equaliter fruuntur. unde Aug. Quanto nunc amores
dei fuerint seruentiores: tanto eius visio fiet sanior: et quanto hic
desideramus ardenter: tanto ibi videbimus eum clarius. Quantum
ad secundum doceat nos aps Paulus offensas dimittere dicens.

Donantes vobis meti p̄sis si aduersus aliquem habetis querelā.
 Vnde querit utrū inimicis potentiō venia teneamur remittere.
 respondetur h̄m Petrum super .3. senten. Ex iniuria vel damno
 dato alii solet in eo cui sit iniuria oriri scilicet rancor in effectu
 actio iuris contra iniuriā m̄tez. Primum teneat homo statim veniam
 veraciter potenti remittere. p̄ rāto emendare h̄m facultatem suā
 de qua dī Lu. 27. Et si reuersus fuerit ad te dicens. Penite me
 dimitte illi: etiā si non petat. tñ tenetur homo adhuc remittere
 signa rancoris. Prima sunt signa ex quib⁹ potest saal: cognosci
 illum gerere rancorē contra aliū. scz si locutus ei fuerit salutando
 a eum non resalutat. Alia sunt signa remota ex quibus faciliter
 non cognoscitur odium ut si non totiens loquit̄ vel non t̄t̄ies
 ad dominum suam vadit ut prius tamen bona intentiōe p̄nt fieri
 vt scz alius emendet se a cognoscatur se scz ut petat veniam. a sic
 licatum est. Sed h̄m scz actionē iuris contra iniuriā antem nō teneat
 dimittere nisi ille satissimac h̄m suum posse. Vnde dicit in decreto
 Nemo tenetur dimittere iniuriam nisi sibi sit satissimum. 32. q.
 sed illuc. Secundo queritur utrum offensus teneat petere veniam.
 Respondetur bonum illud esset ut unus humiliaret se alius ut
 emendaret se. sed si ali⁹ nullo modo vult desistere a rancore decepto
 tunc tenetur. Vnde querit utrum sit magis meritorium amicū
 diligere q̄z mimicum: respondetur h̄m sanctum Tho. z. z. q. est
 magis meritorium diligere mimicum: quia solus deus est causa
 quare diligitur mimicus: sed dilectio amici potest habere aliam
 causam q̄z deum quia potest diligi propter consanguinitatez vel
 propter beneficium sibi impensum ab amico: sed mimicus non
 diligitur nisi propter deum: a facere rem a liquam pure propter
 deū est magis meritorium. Quantuz ad tertium documentū
 dicit hic Appls. Super omnia caritatem habentes qđ est vinculum
 p̄fectionis. Vnde sciendū q̄z qlibet debet summe appetere caritatez
 Primo quia est virtus nobilissima h̄m sanctū Tho. z. z. Caritas
 est excellentior omnibus virtutibus. ergo comparatur auro. q̄a
 p̄cellit oia metalla: sic a caritas alias virtutes Aug⁹. Sic ut deū
 est summū bonū: sic caritas q̄z deus est a oēs virtutes p̄feciissime
 in se habet. Secundo qz virtus que est caritas est utilissima. quia
 vnū pater n̄r in caritate dictuz plus est q̄z oia opera a principio
 mō facta extra caritatez. vnde dī in decreto. Opera extra caritatē
 facta non valent ad salutē. 14. q. 10. Bern. Caritas est bonum
 cum qua nec minimum opus despiciatur. sine qua nec maximus
 acceptatur. insuper aliena bona propria facta per participationē

Sexto

Ps. Particeps ego sum omnium timentiuz te & Bern. Caritas est virtus largiflua que facit omnia communia. Tertio quia cum caritate nullus damnatur. sed cum ceteris virtutibus potest quis damnari scz fide Apls. Si habuero omnes fidem ita ut montes transferam &c. quia plures damnati sunt qui habuerunt fidem h nō sicut fidem vixerunt. sicut cum spe Proverb. 10. Spes impiorum peribit. cum castitate Bern. in epistola. Castitas sine caritate est lampas sine oleo: subtrahit oleum a lampas non luget. insuper p̄t habere oia sacramenta scz baptismum confirmationē eucaristiam & ordines: necnon & cum eis damnari Aug⁹. Habere oia sacra menta malus potest. Quantum ad quartum documentum dicit Apls. Et pax dei exultat in cordib⁹ vestris. In his verb⁹ inducit nos Apls ad secundum pacem & precauere contentionem quia contendere est peccatum dyabolicum Aug⁹. Nihil est similius actibus demonū q̄ litigare. Et quibus patet q̄ seruum dyaboli & non dei ostendit se esse qui libenter litigat ad Ty. 2. Seruum dei non oportet litigare sed mansuetum esse. insuper discordiaz faciens & cum proximo litigans non solum est seruus dyaboli h etiam filius eius Greg⁹ in pastoral. Si dei vocant filii qui pacem faciunt: proculdubio sunt filii dyaboli qui pacem confundunt. Queritur hic utrum contentio sit mortale peccatum. respondeat h̄m Hermannum schilder. Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris: & sic semper est peccatum mortale: q̄a repugnat veritati. & pax est effect⁹ veritatis ymo sine qua virt⁹ haberet non potest. quia h̄m Aug⁹. Superbia parit dissensionem caritas unitatem. & hoc est q̄ detestabilis per sacros canones prohibetur ordinari ut patet dis. 26. Quod non fieret nisi detestatio esset peccatum mortale. Si tamen aliquis repugnaret veritati ut defenderet veritatem q̄uis cum inordinato amore posset esse p̄tem veniale: nisi fortitudo fanta esset inordinatio q̄ esset de hoc magnū scandalum tunc etiaz posset committi mortale peccatum. Quando vero impugnatio falsitatis vel veritatis defensio non portet ad conservationem vite vel ad aliquem istorum modorū: non credo q̄ faciliter ex hoc possit incidere ad mortale peccatum. Quantum ad quintum documentum dicit Apls. Gratias elote. ubi h̄c: tā apls ad regatianandum deo de beneficiis ab eo receptis: quia gratia & actio bonorum a deo receptorum est augmentatio. nam sic deū prouocamus ad dandū maiora si de perceptis grās referim⁹ Cr̄b. super Agat. Gratia & actio est imitatio ad plus dandū. & ideo optimū modū impetrandi est de perceptis gratias agere. Per oppositū

qui grates nō agunt de perceptis merentur priuari iam habitia
Aug⁹. Qui dedit gratias et illit iam ingratum et nō sunt digni
de acapiendis qui fuerint de acceptis ingratiti. Sciendumq; dei
beneficia multiplicia sunt et quasi infinita et cū hoc quotidiana.
Beīn. Dignū est semper gratias agere: quia deus nuncq; cessat
benefacere Aug⁹. Tanta bona fecit deus q; si mille mortes susti-
neres pro minimo suo bono non posse ei satissimamente. ergo qui
libet diligenter aduertere debet beneficia dei et non eis abutiri:
deo gratias referre Aug⁹ de ci. dei. Quisquis beneficia dei non
videt cœtus est. nec laudat ingratus est. et laudando reluctatur
inustus est. Circa iam dicta q̄ritur utrum ingratis sit p̄ctm
mortale: respondetur b̄m sanctum Tho. z.z. q. 107. Ingratus
dicitur dupliquer. Uno modo per solam omissionem sic q; non
recognoscit vices pro beneficio accepto et hoc nō est semp p̄ctm
mortale. nam si ingratus pretermittat id ad qđ non tenetur nō
peccat mortaliter sed veri litar. quia puenit ex negligentia vel
indispositione. potest tñ esse mortale ppter interixē temptum
aut li subtrahit id qđ ex necessitate debetur sive specialiter sive
in aliquo necessitatis gradu. Alio modo dī ingratus non soluz
quia pretermittit. sed q; atrarium agit et hoc etiā b̄m additionē
eius a quo agitur q̄icq; est mortale q̄icq; vermale. Ultimo nota
exemplū de milite qui alteri militi mordit. occisionē sui pānis
a cruce. us amplexabat eū in die palevus. q̄re in promptuario.

Dominica in septuagesima ad Chorin.

Ratres nescitis q; hi q; i in stadio currunt. omnes
quidem currunt: sed vñ accipit brauiū. sic currite
ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit
ab omnibus se abstinet. et illi quidez ut corruptibile coronā
ac piant. nos aut̄ incorruptam. Ego igitur sic curro non
quasi in incertum. sic pugno non quasi aerem verberans
sed castigo corpus meum et in seruitutem redigo: ne forte
cum alis pdicauerim ipse reprobus efficiar. Nolo enim
vos ignorare fratres quoniam patres nostri oēs sub nube
fuerunt: et omnes ante mare transierunt. et oēs in moysi
baptisati sunt in nube et in mari. et omnes eandem escam
spiritualem manducauerunt: et omnes eundem potum
spiritualem biberunt. Biberunt autem de spirituali conse-
quenti eos petra. petra autem erat r̄ps.

Sermo yndeclimus super epistolam